



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Regulæ vtriusque iuris selectæ • 7

bel. in 4. parte prin. nu. 21. Philip. Probus in addit. ad Ioann. Mona. in d. c. quanquam. nu. 15. Ex qua limitatione notabiliter inferitur vnum satis quotidianum, quod si pater qui ex vsuraria prauitate multa acquisiuit, assignauit dotem filie sue de bonis suis, cum bona ista transeant cum onere suo, vt in c. pastoralis. de deci. quod legitur & notatur in l. si tamen, & in l. si me & Titium. ff. si certa. poterunt hi a quibus fuerunt extorta, a filia per hypothecariam auocare, secundum Bald. in l. penul. C. de ser. pign. dato, manu. quam opinionem tenet notab. Pala. Ruui. in repet. rubr. de dona. §. lxxv. num. 23.

REGVLA XIII.

ACTIONES contrariæ, que electione tolluntur, nec in eodem, nec in diuersis libellis admittuntur. Probatur hæc regula in l. j. & ibi glo. C. de fur. & in l. quod in heredem. §. eligere. ff. de tributa. in l. cum filiis. §. variis. ff. de leg. ij. & in c. sollicitudinem. el j. de appel. & in c. j. de postula. prelato. lib. vj. & in c. gesta. lxxiiij. dist. & in c. quemadmodum xxxiiij. q. vij. cum aliis simi. adductis per glo. in d. l. j.

Limita hanc regulam vndecim modis, vt per Marian. Socy, in c. dilecti. nu. 35. vsque ad nu. 45. de libel. oblat.

REGVLA XV.

ACTIO personalis ex testamento, regulariter competit pro legatis, etiam de iure digestorum. Hanc regulam probat text. in l. si res. ff. de lega. iij. & in l. si tibi homo. in prin. ff. de lega. j. cum aliis. Quæ actio personalis causatur ab additione hereditatis, per quã quasi contrahitur cum legatariis & creditoribus. l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quibus cau. in posse. eatur. & §. hæres. institut. de obli. quæ ex quasi contract. gl. in l. vnica in §. cum igitur. C. de cadu. toll. in verbo cedere.

Amplia primo, vt procedat et pro legatis relictis in codicillis: nã si sunt codicilli condito testamento, competit actio ex testamento di recta: Ita tenet. Sal. in l. ij. in fi. post glo. ibi. C. commu. de lega. Ias. in l. si. col. fi. C. de codi. pro quo videtur tex. in l. libertates directæ. ff. de manumif. testa. vbi libertas directã dari non potest in codicillis testamento confirmatis, licet secus ab intestato: quod est verum, licet aliter teneat Niger in l. j. si autem codicilli sunt sine testamento, pro legatis relictis in eis competit actio vtilis ex testamento, non di recta gl. fina. & ibi Bartol. in l. j. ff. de testa. & in l. ij. in verbo, personalis. C. com. de lega.

Secundo amplia, vt procedat in legatis quæ conseruantur per tex. in Auth. ex causa. C. de libe. præte. Ita tenet Ias. in l. j. nu. 101. & ibi Franc. de Rip. nu. 4 i. ff. de leg. j. per tex. in l. j. ff. de hære. insti: Nec ad hoc obstat fundamentum Ioannis Ignei relatum per Nigrum